

Urkundenbuch der Reichsabtei Hersfeld. Erster Band (Ed. Weirich) Nr. 7

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris. Illud nobis ad eterna beatitudine retribuere confidemus, quicquid ad loca sanctorum vel in stipendia servorum dei conferimus. Igetur notum sit omnibus fidelibus nostris, qualiter nos ob amore Christe et stabelitate regni nostri caedimus ad monasterio cuius vocabolum est Haereulfisfeldi, quem sanctissimus vir Lullo episcopus in honore beatissimorum apostolorum Simonis et Thatei vel citerorum sanctorum, cuius pignora ibidem venerantur, visus est aedificasse, cessumque in perpetuo mansurum esse volemus, hoc est decima parte de villa nostra in pago Torrinziae, que dicitur ad Salsunga, super fluvium Wisera, id est tam terris mansis campis pratis silvis pumiferis watriscapis aquis aquarumque decursebus gressis et ingressis communiis perviis sessis salinariis, ubi patellas ad sale facere ponuntur, cum omnis aisingenciis ibidem pertinentis, quantumcumque ad ipsa decima parte de ipsa curte pertinet et Lullo episcopus antea in nostro beneficio habuit, ad die presenti ad prefato loco sancto pro anime nostre remedium, ut ipsi apostoli Christe pro nobis in die iudicii intercessoris adsistant, trademus, donamus adque confirmamus perpetualiter ad possedendum habendi tenendi domenandi commutandi vel, quicquid exinde ipsi rectoris ipsius monasterii vel successoris eorum facere decriverent, pro oportunitate ipsius monasterii in omnebus in dei nomine perfruatur eis arbitrius. Propterea presentem preceptum ordinandum decrevimus, quod nos propter nomen domini et reverencia loci illius et stabelitate monachorum in eodem monasterio ad sepredicto monasterio delegavimus, nec seva cupiditas nec nulla iudiciaria potestas nullum umquam tempore augeat violare. Sed ut Christo adiovente ad nos vel a successoribus nostris progenieque nostrorum omnique tempore aelimosina nostra salva et inconvulsa stabelis permaniat, manum propriam subter eam decrevimus adfirmare et de annulo nostro siggillare precipernus. Hitherius recognovi et Hitherius subscripsi. Signum Caroli gloriosissimi regis. . Datavi in anno VII regni nostri sub die nonas ianoarias; hactum ad Cariciaco palatii publici; in dei nomine feliciter.